

## §. 13.

*Sanctitas  
voluntati  
essentialis  
quando est?*

Sanctitas Voluntati essentialis est, si voluntas appetit bonum & averfatur malum vi suæ essentialis, adeoque cui voluntati illa competit, illi impossibile plane est, ut bonum non appetat & malum non averfetur.

Ex Essentia quicquid sequitur, illud etiam ex illa sequitur necessario, quod nemo in dubium vocabit, qui modo notiones novit essentialis. Si enim aliquid ex essentialis sequitur; tum illud per essentialis determinatur, adeoque tum erit attributum, quod necessario tamdiu inest, quamdiu adest illa essentialis. Si itaque Sanctitas voluntati inest vi ejus essentialis; tum per illam determinatur, adeoque impossibile est, ut, hac durante essentialis voluntatis, non duret ipsius Sanctitas per essentialis determinata. Cum vero voluntas, cui competit illa Sanctitas, bonum non possit non appetere & malum non averfari (vi §. præsentis), impossibile etiam erit, durante voluntatis essentialis, illam appetere malum pro bono vero. De hoc enim sermo est.

## §. 14.

*Voluntati  
Dei com-  
petit San-  
ctitas sum-  
ma, essen-  
tialis &  
immuta-  
bilis.*

*Voluntati Dei competit Sanctitas summa, essentialis, adeoque plane immutabilis.*

Deo competit voluntas perfectissima & immutabilis (§. 6.), quæ semper appetit bonum (§. 7.), consequenter malum semper averfatur. Ergo voluntati Dei competit Sanctitas (§. 13.), & quidem summa (§. 3.6). Nemo vero non videt, Deum appetere bonum & averfari malum vi suæ essentialis. Summa enim voluntatis perfectio fuit ex Dei infinitudine, & hæc ex ejus essentialis, uti patet collatis (§. 1. 2. 3. 6. & 7). Ergo ipsi competit Sanctitas summa essen-